Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De matrimonii sacramento - Cod. Ettenheim-Münster 328

Thomas <von Aquin, Heiliger>

[S.l.], 1717

Prologuium

urn:nbn:de:bsz:31-131683

Visual Library

Jhs

86

Tractatus Theologicus 5tus.
De
Sacramentis in specie.
De
Salutari Extremæ Unctionis Sacramento.

Ad mentem D. Angelici in supplemento 3tiæ partis q. 29. in 4. sententiarum dist. 23. et 24. contra Gentes. c. 73.

Prologium.

Quanta sit divinæ bonitatis misericordia, quod post baptismi [illegible] tolis peccato sibi devinxit [illegible] [illegible] qui ignorat, si gratiæ [illegible] diis et impietatis vitiis laboret. eadem divina bonitas, quod hominem in [illegible] ad suum [illegible] reversum S. baptismatis fonte [illegible] traduxerit, S. chrysmate augmentum dedit, sanctissimi sui corporis et sanguinis sacramento refecit, et per S. poenitentiam ~~[illegible]~~ aegrum totaliter sanitati restituit, in ipsis etiam extremis vitæ corporalis gradibus sua dona [illegible] ostensura in simili [illegible] pro agonizantis salutis

viribus deperditis salutare Unctionis extremæ instituit Sacramentum, quo mortalis hominis aut repararet ad vitam, aut armaret ad luctam; et hoc salutare gratiæ symbolum S. pœnitentiæ consummativum, consequenter ad tractatum pœnitentiæ hic nobis venit explicandum: ac etiam tot tantaque de illo disputanda occurrunt, quod non in una quæstione et ordine sufficienter explicari poterit. unicam disputationem. quæstionem. et articulum totam materiam resolvemus. Sit ergo disputatio quæstio et articulus unicus. De Salutari Extremæ Unctionis Sacramento.

Disputatio, Quæstio, et Articulus Unicus De Salutari Extremæ Unctionis Sacramento.

Totius hujus disputationis quæstionis, et articuli unici quinque sectiones 5. quibus ea quæ ad complementum hoc sacramentum continentur tractandi solet sufficienter intimius explicare. in sectione itaque prima agemus de natura, institutione et necessitate sacramenti extremæ Unctionis. In 2da de materia ejus tum proxima tum remota. in 3tia de forma et effectu ejus. in 4ta de Ministro et subjecto. In 5ta denique de dispositionibus ritu et cæremoniis ejusdem. Sit. Sectio I.

Sectio Ima De Natura, Institutione, et Necessitate Sacramenti Extremæ Unctionis.

1. Sacramentum Extremæ Unctionis sic dictum, quia inter sacramentales ~~[illegible]~~ Unctiones postrema et de se ultima est: tametsi eam in Ecclesia Dei